

NUMMI MEMORIÆ DICATI

PII IV. PONTIFICIS: CVSI POST

instauratam molem Adriani: & Carolum Caraf-
fam Cardinalem laqueo necatum.

Anno Christi 1560.

& 1561.



ÆLIUS Adrianus, (Spartiano memorante) juxta Tyberim sepulchrum extruxit, quod monumentum seu molem Adriani appellavit: sibi aliisque Imp̃p, sepulturam ibidem parare volens. Hunc deinde locum Bonifacius Primus munire cœpit: Alexander verò Sextus fossis, propugnaculis, tormentis æneis, firmisque præfidiis penè fecit inexpugnabilem. Sed & D. Gregorio sedem Pontificiam occupante, cum Litania, seu processio (uti vocant) publica ad D. Petri instituta fuisset: Angelum in arcis hujus fastigio conspectum fuisse scribunt: gladium cruentum in vaginam